

Sunt articuli: primus de tutela in genere, eius-
que prima specie, Testamentaria videlicet:
duobus tit. 13. & 14. alter de secunda specie,
tutela nempe Legitima: quinque tit. 15. 16.
17. 18. & 19 tertius de postrema specie, tute-
la nimirum Dativa: tit. 20. quartus de au-
thoritate tutorum, ceu officii tutorii parte
precipua: tit. 21. & quintus denique de mo-
dis quibus tutela finitur: tit. 22. Alterum ad
Curam: tit. 23. Postremum ad Vtramque:
exponens quippe nonnulla tutorum & cura-
torum communia: tribus articulis: quorum
primus est de Satisfactionibus: tit. 24. alter
de Excusationibus: tit. 25. postremus de Suspe-
ctis. tit. ult.

TIT. III.
DE JURE PERSONA-
RVM.

*De Jure Personarum
itaque dicitur: est conditio
quae habet personam
in illo jure. Vnde dicitur.*

De Pers. lect. 1. cap. 2.

Partes huius tituli sunt IV.

I. Divisio personarum ex jure Gentium.

SUMMA itaque divisio de jure personarum
haec est: quod omnes homines, aut Liberi
sunt, aut Servi. a) quales manent etiam
Statuliberi, donec conditio existat. l. edictum. 8. §. ult. ff.
de question. l. statuliberum. 9. de statuliber. item ex fi-
deicom-